



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Sententia Excommunicationis. Titvlvs X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

tationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, in Com-  
 postella, & castitatis ac religionis vota. Nisi ex speciali  
 licentia, & certa scientia nostra, de qua demum constare  
 censetur, cum in signatura nostra desuper manu nostra  
 scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit: nos ex  
 certa scientia & de speciali gratia id concedere cum dero-  
 gatione presentis constitutionis, illius de verbo ad ver-  
 bum insertum tenore: non autem per clausulas id im-  
 portantes, vel in articulo mortis constitutum, & tunc in  
 casibus (in quibus satisfactio fuerit impendenda) facta  
 satisfactione, vel idonea praestita cautione commutare  
 praesumant. Et si aliqui confessorum praedictorum con-  
 tra praesentem constitutionem quenquam absolvere, aut  
 excepta vota praedicta commutare attemptaverint, absolu-  
 tio & commutatio huiusmodi nullius sit roboris, vel mo-  
 menti. Et contrafacientes eo ipso excommunicationis  
 sententiam incurrant, a qua (nisi in mortis articulo  
 constituti) ab aliquo, quam a Romano Pontifice absol-  
 vi non possint: Non obstantibus literis, & constitutioni-  
 bus huiusmodi, ac constitutionibus, & ordinationibus, &c.  
 Et ne aliquis de praesentibus ignorantiam valeat allega-  
 re, mandamus eas in Cancellaria Apostolica, & audientia  
 literarum contradictarum legi & publicari, ac inter ex-  
 travagantes alias Apostolicas constitutiones in quater-  
 no dictae cancellariae describi, &c. Nulli ergo omnino  
 hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis,  
 inhibitionis, mandati & voluntatis, &c. Datum Spira, Ann.  
 Domini M. cccc. lxxviii.

DE SENTENTIA EXCOMMUNI-  
 CATIONIS.  
 TITVLVS X.  
 CAP. I.

*Excommunicati sunt, qui pactis aut promissionibus iustitiam  
 vel gratiam a sede Apostolica obtinent, & qui tales non revelant:  
 nec illis absolutio facile conceditur.*

Bonifacius VIII.

**E**xcommunicamus & anathematizamus ex parte  
 Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus  
 Sancti: auctoritate quoque beatorum Apo-  
 stolorum Petri & Pauli, & nostra, omnes clericos, religio-  
 sos, & laicos utriusque sexus, sive sint familiares curiae,  
 sive alii undecunque, qui aliquod pactum fecerint, seu  
 aliquod parvum vel magnum promiserint, vel prom-  
 missionem receperint, aut ex pacto sive promissione  
 occulta vel manifesta, facta sub generalibus & plenarie  
 non expressis, sive sit sub specialibus & expressis aper-  
 te verbis, quicquam dederint aut receperint, magnum  
 vel parvum, vel promissionem de quacunque re aut uti-  
 litate propter hoc consequenda fecerint, vel recepe-  
 rint, pro aliqua iustitia sive gratia pro se aut pro alio in  
 caulis, vel iudiciis, seu alias per literas Apostolicas, &  
 quibuscunque modis apud sedem Apostolicam obtinenda.  
 Et hanc sententiam ad promittentes & acceptan-  
 tes, dantes & recipientes duximus extendendam. Illos  
 quoque qui aliquem sciverint culpabilem in praedictis,  
 & nobis intra dierum trium spatium non retulerint,  
 vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter perferatur,  
 simili decernimus sententiae subjacere. Decernimus  
 etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sen-  
 tentiam pro praedictis, vel aliquo praedictorum (absque  
 speciali mandato) nostrae absolutionis beneficium valeat  
 obtinere: nisi forsitan ad nos habere accessum non  
 possit, in mortis articulo b constitutus. Nec etiam ad  
 absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum

a Vide Conc. Trid. Sess. 14. de casuum reservatione, c. 7. b Vide  
 Conc. Trid. Sess. 14. de casuum reservatione.

dedit vel recepit, integraliter pauperibus largiantur. In  
 stitiam vero sive gratiam sic obtentam nullum proinde  
 esse momenti volumus, omnique statusque carere ef-  
 fetu, & robore firmitatis. Sed & scienter intercedentes  
 servantes nobis absolutionem eorum cum praesentibus  
 omnibus ad poenas similes obligamus.

CAP. II.

*Transmissio damni ex interdicto provenientibus, licet per  
 propter dominum debita non solvantur equi terra vel unum in  
 speciali Papa licentia non interdicatur.*

Idem.

**P**rovidè attendentes, quòd ut frequentius, quanto  
 non sine causa, sine culpa tamen multorum animarum  
 sententia proferuntur, quòdque sunt nonnulli publici  
 nimis prompti ad proferendas easdem, eorumque negoti-  
 cii sive caulis, quòd interdum plus ex cupiditate, quam ex  
 charitatis radice perspicuis iudiciis procedere arguantur,  
 quòdque interdicti tempore divina organa suspenduntur  
 & laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur,  
 ut solent: tolluntur mortuis seu minuuntur missae  
 praesertim per oblationem frequentem hostiae divinae  
 adolescentes & parvuli participant rariis lacrimis  
 minus inflammantur, & solidantur in fide: solummodo  
 pescit devotio, haereticos pullulant, & multipliciter quo-  
 cula animarum. Praesentis constitutionis proinde  
 edicto, ut nulla Provincia, civitas, castrum, villa, vel  
 recitorium, vel districtus auctoritate ordinata vel  
 gata supponatur ecclesiastico interdicto pro pecunia  
 debito, vel pro cuiusvis moneta, vel pecunie quantitate,  
 quacunque occasione vel causa, seu quousque qualitate  
 colore: pro eo maxime, quòd ipsorum dominorum, rationum  
 seu officialium, quocunque nomine censentur, vel iudicum  
 seu habitatores, aut singulares personae ipsorum, dantes  
 vel statuendis ordinatis vel ordinandis terminis praedicti  
 debitum seu quantitatem non solvant, licet aut in antea non  
 persolverint. Nos enim ex hoc decernimus irritum & inane,  
 si secus haec tenentur, & nonnulli in contrarium, vel  
 contigerint attentari, illudque revocamus irritum & inane:  
 Non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, promissionibus,  
 pactis, conventionibus, compositionibus, iurisdictionibus,  
 fidei iurisdictionibus, consensibus, processibus, & sententiis  
 super hoc habitis, vel habendis, & quibusvis poenarum  
 spiritualium, & temporalium, seu quibusvis appositione,  
 vel quacunque alia firmata vel firmata, vel in antea  
 talis suppositio interdicti haec tenentur, & cetera  
 fieret de Apostolica sedis specialibus litteris, & cetera  
 per ipsius sedis patentes litteras apponenda.

CAP. III.

*Andronicum Palologum, se Insuperem Graecorum imperatorem,  
 & haereticum ipsum factorem, excommunicatione deinceps  
 omnia, cum eo sic manente societatem contrahentes, & facti  
 excommunicati, & eorum terra ecclesiastica supponatur  
 interdicta. Sicut, privandi bonis, quae ab ecclesia sunt, & talis  
 civitas seu confederatio nulla est. Facta cap. ad Apph. de  
 ten. & re iud. lib. 6.*

Clemens V.

**A**d certitudinem praesentium, & memoriam factorum  
 Andronicum Palologum, qui Graecorum imperatorem se  
 nominat, tanquam eorundem Graecorum antiquorum  
 a schismaticorum, & in antiquo schismate constitutorum,  
 & per hoc haereticorum, de fidei iurisdictione ipsorum  
 ac schismatis antiqui factorem, de fidei iurisdictione  
 nostrorum consilio denunciamus excommunicationis  
 sententiam latam à canone incurrisse, ac ipsam  
 sententiam vinculo innodamus. Ceterum universis  
 singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus,  
 Comitibus, Baronibus, & ceteris omnibus quibuslibet

a Antiquorum.



præminentia, conditionis, status, necnon universitatis, civitatum, castrorum, & aliorum locorum districtius inhibemus, nec cum eodem Andronico Palologo in hujusmodi excommunicatione manente, societatem vel confederationem aliquam contrahere sub quovis ingenio, vel machinatione præsumant: vel ei alias in his, quibus excommunicatus est denunciatus à nobis, præstare consiliū, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum. Et si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium præsumentes (non obstante qualibet indulgentia sub quacunque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere) sententiam excommunicationis, quam ex nuncin ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto: Terras ipsorum & universitates prædictas, quæ secus attentare præsumperint, prout expedire videbitur ecclesiastico curabimus subijcere interdicto. Ad privationem omnium bonorum, quæ à quibuslibet tenent ecclesiis, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout utile putabimus, processuri. Et nihilominus societatem & confederationem ipsas (etiã si pœnarum & juramenti additione vel quacunque fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Vitis III. Nonas Junii, Anno 2.

CAP. IV.

*Excommunicati sunt, qui literas à Papa ante suam coronationem concessas impugnant.*

Idem a.

Quia b nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apostoli iux prudentia, quin potius imprudentia innitentes, ac disceptare super his de quibus eis non expedit, fatigentes, asserere non verentur, quòd summus Pontifex antefixæ coronationis insignia se non debet intrmittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus, & aliis gratis faciendis, nec se in literis Episcopum simpliciter, sed electum Episcopum scribere. Nec etiam uti bulla, in qua nomen exprimat ipsius. Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione hujusmodi aliquas literas nostras super negociis quibuscunque concessas, quæ à nobis ante coronationis nostræ insignia emanarunt, ausi fuerint impugnarè, excommunicationis sententia innodamus. Datum apud Pefecum Burdegal. die 2. Anno 2.

a Ioannes de Sylva in tracl. de benef. part. 1. q. 2. dum meminit hujus extravagantis, eam tribuit Clem. 6. b Prov. cap. 2. ne innotari. extr. de consil. c Alconcessas.

EXTRAVAGANTIUM COMMUNIIUM FINIS.



